

las & Chrismate verticem omnium Bap-
 tizandorum tandiu inunxerunt quādiu eis
 fuit per Breue Leonis. 10. permiffum & con-
 ceflum, quem Baptizandi modum poftca
 Dominus Paulus Papa. 3. approbavit, &
 Apoftolica auctoritate confirmavit, vt pa-
 tebit infra verbo Indi. num. 9. Quo mo-
 do enim fieri poterat in tanta Baptizan-
 dorum multitudine vt vnus Sacerdos fa-
 liuam innumeris Baptizandis apponere
 poffet. In ameno enim, & florido Quauh-
 quechule populi contigit, vt intra quin-
 que tantum dierum fpacium Frater Thori-
 bius & eius socius Baptizarent quatuor
 decim millia hominum, & eo amplius, elon-
 ginq; locis, aduenientium ad petendum
 Baptifmum, vt ipfe refert capit. 16. Vbi
 etiam Baptizata fuerunt vltra centum
 millia Indorum. Et capit. 11. eiusdem li-
 bri, afferit ab anno. 1523. vsq; ad annum.
 1540. fuiffe a Fratribus Minoribus Bap-
 tizata sex decies centum millia Indorum,
 in Dei laudem & gloriam. Et longum ef-
 fet ea omnia recensere que, vt vberes in vi-
 nea Domini fructus producerent sunt per-
 pelli, vsq; ad fanguinis effufionem.

¶ Vltimo